

Vorbemerkung:

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch Beantwortung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung:**Die Lehre des Sokrates**

Socrates ergo primus universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur, cum ante illum omnes magis physicis, id est naturalibus, rebus perscrutandis operam maximam inpendenter. Non mihi autem videtur posse ad liquidum colligi, utrum Socrates, ut hoc saceret, laetio rerum obscurarum et incertarum ad aliquid apertum et certum reperiendum animum intenderit, quod esset beatae vitae necessarium, propter quam unam omnium philosophorum invigilasse ac laboresse videtur industria, an vero, sicut de illo quidam benevolentius suspicantur, nolebat inmundos terrenis cupiditatibus animos se extendere in divina conari. Quando quidem ab eis causas rerum videbat inquiri, quas primas atque suminas non nisi in unius ac summi Dei voluntate esse credebat; unde non eas putabat nisi mundata mente posse comprehendi; et ideo purgandae bonis moribus vitae censebat instandum, ut deprimentibus libidinibus exoneratus animus naturali vigore in aeterna se adtolleret naturamque incorporei et incommutabilis luminis, ubi causae omnium factarum naturarum stabiliter vivunt, intelligentiae puritate conspiceret. Constat eum tamen imperitorum stultitiam scire se aliquid opinantium etiam in ipsis moralibus quaestionibus, quo totum animum intendisse videbatur, vel confessa ignorantia sua vel dissimulata scientia lepore mirabili disserendi et acutissima urbanitate agitasse atque versasse. Unde et concitatis inimicitii calumniosa criminacione damnatus morte multatus est. Sed eum postea illa ipsa, quae publice damnaverat, Atheniensium civitas publice luxit, in duos accusatores eius usque adeo populi indignatione conversa, ut unus eorum oppressus vi multitudinis interiret, exilio autem voluntario atque perpetuo poenam similem alter evaderet. Tam praeclara igitur vitae mortisque fama Socrates reliquit plurimos suae philosophiae sectatores, quorum certatim studium fuit in quaestionum moralium disceptatione versari, ubi agitur de summo bono, quo fieri homo beatus potest.

5

10

15

20

25

30

35

II. Sprachliche Erläuterungen:

1. Erklären Sie die Bedeutung des Ausdrucks "ad liquidum" (5)!
2. Wie lässt sich der Modus von "nolebat" (11) erklären?
3. Geben Sie etymologisch-semasiologische Erläuterungen zu
 - a) sectatores (34),
 - b) disceptatio (35)!